ubi mors. Cũq; hæc oĩa quæ dixi feceris ab Eustochio Paulaq; uinceris. Hæc dico non quo de ardore tuæ mẽtis quicq̃ dubitẽ, sed quo currentẽ impellã, & acriter dimicanti feruorem augeã.

Cap. xxxi. de pœnitẽtia & misericordia dei.

ARripe queso occasionẽ & fac de necessitate uirtutẽ. Nõ querũtur in christianis initia sed finis. Paulus male cœpit, sed bene finiuit. Inde laudant initia sed finis proditõe damnat, & licet deus nõ uelit mortẽ peccatoris sed ut cõuertatur & uiuat, tamẽ tepidos odit, & cito ei nauseam faciũt. Cuiq; plus dimittitur plus diligit. Vnde meretrix illa christi dilectrix in euãgelio baptisata lachrymis suis & crine quo multos ante deceperat pedes domini tergẽs salutata est. Nõ quidem habuit crispãtes mitras, nec stridẽtes calciolos, nec orbes stibio fuliginatos, Nã quãto fœdior tãto pulchrior. Quæ demũ plorat ad crucẽ ungentũ parat, quærit in tumulo, ortulanũ interrogat, pergit ad apostolos, reperiri nũciat, illi dubitãt, ista cõfidit. Nõ enĩ tam peccati crimẽ arguit q̃ uelox cõuersio in pœnitẽtiæ celeritate laudat, nec deus cogeret pœnitere si nõ esset pœnitẽtibus ueniã cõcessurus. Nihil enĩ tam repugnat deo q̃ cor impenitẽs. Hoc solũ crimen est quod ueniã cõsequi nõ potest, præcipue quia nõ iniustus ut ꝓpter multa mala paucoꝝ obliuiscat bonoꝝ, ĩmo de nullo sic irascit deꝰ quã si peccator superbiat, & erectus & rigidus nõ flectatur in fletũ, nec misericordiã postulet ꝓ delicto Nihilq; sic offendit deũ sicut erecta ceruix post peccata & ex desperatiõe cõtemptus, unde & uos nõ desperetis ueniã scelerũ magnitudine, quia magna peccata magna delebit pœnitentia, nã deus nõ uult inferre supplicia sed terrere passuros, ipseq; ad pœnitentiã prouocat ne faciat quod cõminatus est

demonũ enĩ nullus est qui pareat oẽs ad predã festini ueniẽt, ante faciẽ ipsorũ uẽtus urens, & quicqd aspexerint, quicquid uultui ipsorũ obuiũ fuerit urere desiderabũt & perdere. Sed nec quisq̃ per patientiã bonitatis dei de peccatorũ suorũ impunitate cõtendat, nec illũ nõ æstimet offensum, quia necdũ expertus iratũ immo magna est ira quãdo peccãtibus nõ ira scitur deus. Vnde in Ezechiele ad Hierusalẽ. Iam nondũ irascar tibi zelus tuus recessit a me. Sed reuera deus hoĩbus nõ irascit: sed uitiis quæ cũ in homine nõ fuerint nequaq̃ punit. Habet aũt ira dei mẽsuras quantũ & quãto tempore, & ob quas causas & quibus inferat. Iuxta illud quod scriptum est. Cibabis nos pane lachrymarũ in mẽsura. Misericordiã igit a deo cõsequitur qui se putat esse miserũ. Nã deus qui nullis uiribus superari potest, publicani tamen precibus uincitur. Quãto ergo tẽpore te errare nosti, quãto tẽpore deliquisti, tanto tẽpore humilia teipsum deo, & satisfacito ei in cõfessione pœnitẽtiæ. Quoniã qui peccator est aliqua sorde maculatus de ecclesia christi nõ potest appellari nec christo subiectus dici. Igitur qui errauimus iuuenes emẽdemur senes, iungamus gemitus & lachrymas, copulemus culpã simpliciter cõfitendo. Nam qui post lapsum peccatorũ ad uerã pœnitẽtiam se cõuertit cito a misericordiæ iudice ueniã impetrabit, quoniã apud deũ nõ tam ualet mẽsura tẽporis q̃ doloris nec abstinẽtia tantũ ciborũ q̃ mortificatio uitiorum. Sed & magnum peccatũ magnis diuturnisq; cruciatibus luit, culpaq; leuis præsenti supplicio cõpensata sit. Et sic magnũ peccatũ magna indiget misericordia. Cõclusit enĩ deus oĩa sub peccato ut oĩbus misereat. Sed frustra uoce assumitur si permanẽt opera, sed ne diutius pertrahã habeto pauca pro pluribus, in quibus nõ tam ordo queritur q̃ pfectus. Age ergo tu caue

curre, festina age, ut in hac spiritualitate ꝓficias, caue ne qꝑ accepisti bonũ, incautus & negligens custos amittas. Curre ut nõ negligas, festina ut celerius cõprehendas. Nã cœpisse multorꝫ est ad culmẽ peruenisse paucorꝫ. Tribuat tibi christus ut audias & taceas ut intelligas, & sic loquaris.

Sequit̃ Cap. xxxii. finis cõcludens in regula.

ET quoniã ita se natura habet, ut amara sit ueritas & blãda uitia æstimenť, ut Paulus ait apostolus. Inimicus uobis factus sum uerũ dicens. Vnde & quia saluatoris dura uidebanť æloquia, plurimi discipulorꝫ retrorsum abierũt. Nõ est mirum si & nosipsi uitiis detrahẽtes offendimus plurimos. Disposui tamen nasum secare fetentem timeat qui strumosus est. Quid tamẽ ad te qui intelligis te innocentẽ nemo repræhẽdat ꝙ aliquos aut laudamus aut carpimus, cũ & in arguendis malis sit correptio cæterorꝫ. Et in optimis prædicandis boni ad uirtutũ studia concitenť. Nos enĩ ut scitis hebreorꝫ lectione detẽti, in latina lingua rubiginẽ obduximus intantũ ut loquẽtibus quoqꝫ stridor quidã non latinas interstrepat. Vnde ignosce ariditati, & si imperitus sum sermone inquit apostolus, sed nõ sciẽtia illi utrũqꝫ non deerat, & unũ humiliter renuebat. Nobis utrũqꝫ deest quia & quod puri plausibile habueramus amisimus, nec scientiã quã uolebamus cõsecuti sumus, iuxta Esopianam fabulam. Dum magna sectamur etiã minora perdẽtes. Non ꝓlongabuntur ultra, sermones mei quoscũqꝫ loquor. Ea ꝓpter moneo & flens gemẽsqꝫ cõtestor, ut dum huius mũdi uiam currimus nõ duabus tunicis. i. duplici animo uestiamur, nõ calciamentorꝫ pedibus uidelicet operibus prægrauemur, non diuitiarum onera ad terrã præmãt. Nõ uirgæ hoc est potẽtiæ sæcularis quærať auxiliũ non pariter & christũ uelimus ha-